

Acta Postulata utriusque Nationis Polonae et
Lithuanicae in postremo Congressu
proposita Nuncij Apostolici

Responsio

Caput 1^{um} De viris ac feminis, qui summa Christianarum virtutum laude
aliquando floruerunt, Sanctorum festis adscribendis, aut Reli-
giosis Ecclesiarum Catholicarum honoribus augendis, quod primum Ca-
put Postulatum est, non Pretermittet Nuncius Apostolicus,
pia utriusque Gentis vota ad Pontificem Maximum referre,
suasque preces adungere, verum cum huius generis res singu-
lari cura, ac diligentia pertractari soleant, omnino opus
est, esse Roma, qui eas pro More procurent, et Eminen-
tissimi Patres, de iisdem deliberantes edoceant, nihil deesse, aut
Impedimento esse, quo minus pro honorum Pontifici-
cum decretis, ex quibus huiusmodi laus diiudicatur,
pietati, ac Religioni Republicae Latifieri possit.

Caput 2^{um} Cum Religiosa Domus virorum aut Puellarum, de quibus
hoc in Capite mentio fit, in ditione Augustissimi Impera-
toris sita sit, qua aut lege, aut Consuetudine adolescen-
tibus aut puellis Poloni Genens, pro quibus fundata fuisse
dicuntur, iniuria fit, quod necesse non recipiantur, curae esse
debet Republicae ejusque Ministrorum, ut iis de rebus
cum Ipso Augustissimo Imperatore atque ejus Ministris
diligenter agant, a summo autem Pontifice facile obtinebi-
tur, ut de iisdem, suad Augustissimum Imperatorem Nun-
cio Mandatadet, ex quibus iustas Republicae petitiones officij
suis pro virili iuvare curabit. Nihil enim Pontificum
Maximum non

Maximorum officio Magis consentaneum est, quam ut eorum
 qui Carobia, aut Monasteria fuerunt, pias voluntates
 diligentissime tueantur.

Caput 3^{um} In causis quae ad Pontificum hoc Tribunal deferuntur,
 Minimi Molestum esse debet, quod Iudicium Sacri Ordinis
 iudiciale constantiter a nobis defendendam arbitramur,
 eoque Magis cum eadem semper diligentiam adhibeamus,
 eas quarum Iudicium ad Nos Minime pertinet, ad
 les Iudices, quod haud raro fit, remittimus. Cum autem
 eo in genere Palatinatus Cracoviensis Nuncij expositio-
 nes suas ad me nominatim detulerint, quas Urbani
 Octavi Pontificis Maximi auctoritate roborare con-
 tendunt respondere, quod ad eas paravimus huic-
 pro ad iungere operam pretium esse existimamus. Illud
 itaque ita se habet.

Proposita à Palatinatu Cracoviensi praestensiones,
 adversus Iurisdictionem Ecclesiasticam, primo versantur
 circa inscriptionem censualem causas, quas eadem
 Iurdictio iudicare consuevit quotiescumque de simpli-
 agitur executione adversus bona dictis inscriptionibus
 onerata, in quibus terminis legitur Republicae Cracovien-
 sis Anno 1635 Nobiles debitores ad forum Seculare
 per Ecclesiasticos conveniri poterunt; nam mera exe-
 cutio remota causa cognitione, Iurisdictionem non
 laedit, sed adiuvat Ecclesiasticam. Quoniam Vergeter
 Debitorum, ut effugiant fructuum Censualem solutio-
 nem, impositiones Censuum in proprijs bonis nulliter
 usurarie

usurarie, et contra prescriptum Constitutionum Summarum
 Pontificum Martini V et Sancti Pij V factas fuisse susti-
 nent, pro ut de hac re in Tribunalibus Ecclesiasticis hujus
 Regni Lepissime disceptatur, cum dictas Constitutiones in illis
 diligenter observari testetur Nicolaus Zalazowski de Jure
 Regni Polonie tomus 2 lib: 3 p: 2 tit: 55 de censibus, in
 his proinde circumstantiis, in quibus censuum Ecclesiasticorum
 impositiones indubium revocantur, et quæstio est de illarum
 validitate et invaliditate, deq: Constitutionum Pontificiarum
 interpretatione, mirum videri non debet, si in Synodo Pro-
 vinciali Petri Sambrati Petricovici celebrata An: 1572
 inter causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes, censua-
 les quoq: recensitas fuerint ibi: Item causas mere spiritua-
 les sunt Maleficia incantationes, sortilegia, raptus, et violen-
 tias Ecclesiasticas, et quorumcumq: Censuum perpetuorum,
 qui terreni, et benedictionalium, qui Widerkauff vulgo apellan-
 tur = Secularis enim potestas, ut de Natura, et qualitatibus
 censuum Ecclesiasticorum Domorum Religiosarum, aut
 Beneficiorum fundationibus additorum judicet, vel
 allegetas Summarum Pontificum Constitutiones explicet,
 minime consentaneum est.

In causis vero Decimarum, quæ secundo loco referuntur
 pro Jurisdictione Ecclesiastica militent textus in cap:
 pervenit et in cap: tua Nobis de Decimis, quos ad rem
 allegat Paulus Diascius olim Episcopus Chelmonensis
 in prexi Episcopali p. 2 c. 4 art. 9. n. 2 de Decimis, pro
 ut etiam militent pro dicta Jurisdictione Synodi Pro-
 vincialis Constitutiones, et Breve S. M. Urbani Octavi
 ad Reverendissimi quondam Vladislai Regis, atq: Omnium
 Nobilium

Nobilium Polonorum preces emanatum, in quo Rho Epus facultas
 editur cognoscendi et decidendi causas Decimarum, sicuti illu-
 ter in eo disponitur ubi: Supplicationibus dicti Georgij
 tis, et Oratoris nomine ejusdem Vladislai Regis, Nobis super
 humiliter porrectis inclinati UU Fratribus Archiepis, et Epis
 Regni Poloniae tenore presentium Comittimus, et Mandamus
 ut Compositiones per Ecclesiarum Rectores, et laicos fauere
 Super quantitate Decimarum confirmemus, vel illas approbemus
 De Consensu Rectorum, et ubi non adest illorum Consensus
 etiamsi agatur de Novatibus, Ordinarius Asumptis duobus de
 suo Capitulo, una cum illis causam et causas Super Composi-
 ne facienda cognoscat, ac terminet appellatione remota,
 ubi Decimae quolibet Anno non excedant florenos Quinquaginta
 in valore earum, et quatenus excederent dictum
 Valorem, tunc semel appellare liceat, et appellatio per Me-
 tropolitana Asumptis pariter duobus de suo Capitulo
 Cognoscatur, et terminetur, quatenus vero Metropolitanus
 epus Ordinarius tunc appellatio cognoscatur, et termine-
 tur per Nuncium Apticum in eodem Regno Comorantem
 & Postquam Relatas plures Reipus Constitutiones de Decimis dis-
 ponentes, cognitionem causarum Super illis ad forum Eccle-
 asticum pertinere docet Citatus Nicolaus Zalazowski de
 Jure Regni Poloniae, ubi Super lib. 3 p. 2. tit. ultim. in fine
 de Decimis, dicitur (ubi de censibus iam dictum fuit) fore
 Seculari Jurisdictionem competere prope arbitratur, quoties
 agitur de simplici iudicis executione, quam tamen cum Sa-
 cularis Jurdictio Iudicium Ecclesiasticum decretis et sen-
 tentijs contra Nobiles debitores pluries negaverit, et negat

tribunalia, prouinde Ecclesiastica, ut propria Decreta exequantur,
p[er]quis et Censuris Ecclesiasticis necesse uti debent.

Quod Tertio loco deductum fuit, ut controversia limitum Hono-
rum Ecclesiasticorum atq[ue] Injuriarum in iisdem bonis patre-
nda inter personas Ecclesiasticas vertentes, in foro Seculari sp[er]
gandi, et iudicari debeant id non solum per Seculares seip[s]o-
rum Constitutiones (quae tamen ex defectu potestatis, et Iurisdictionis
Ecclesiasticae ligare nequeunt ubi praesertim seruum ser-
uorum Dispositioni difformis sunt) verum etiam per antiquas
Provinciales Synodos autem reperitur. Cum autem Iuris Canonici
dispositio in Cap: nullus Iudicium et in Cap: A Clericus defor:
compet. hinc Synodis Provincialibus contraria sit, per eam
a quidem Ecclesiastica, pro quavis actione sine reali, siue per-
sonali iure proprio loci Ordinario conueniendi sunt,
ideo, ex quo Synodus forei Competentiam decernens, per sum-
mam Pontificem, qui solus Iuri Canonico derogare potest,
numquam approbata, et confirmata fuit. Proposita pro-
inde non semel in Tribunalibus Urbis dictae controversiae,
semper declaratum fuit Constitutiones Synodales Provincia-
les eo in puncto minime attendendas esse, bonorumq[ue] terrestri-
um, limitum, et injuriarum causas aduersus Ecclesiasticos
institutas, in foro spirituali cognoscendas esse, ut super conti-
git in causa Archiepi Polociensis Ruthenici cum Collegio PP
Sctis Iesu ejusdem Civitatis, atq[ue] in causa Abbatis Monast[er]
ij Cyriacensis ordinis Cisterciensium, cum Conventu bismu-
censi ordinis Carmelitarum discalceatorum.

Extinctio, atq[ue] extenuatio censuum redemptionalium, de qua ubi-
nostro loco mentio habetur, per numeratam pecuniam, seu
per inscriptam huiusmodi translationem de uno ad alium
fundum fieri potest. Inprimis casu nullus requiritur

Consensus

Consensus Creditoris Census, quo etiam invito, per restitutionem
 summa in bonis inscripta, Censu extinguitur ad disposita
 per Superius allegatam S. P. V. Constitutionem. In secundo
 vero Casu, cum prejudicium Creditoris Censu circa illius trans-
 lationem de uno ad alium fundum verificari possit, ob
 alterius fundi onera, in aequalitatem et in sufficientiam, Con-
 sensus dicti Creditoris Censu omnino requiritur, alias quae-
 translatio pro nulla atq; irrita habetur. Sin autem nomi-
 ne extenuationis Censu intelligitur restitutio non totius
 summae Censualis inscriptae, sed partis tantum ejusdem
 summae, certum in Jure est, debitorem Censu summae com-
 pellere posse Creditorem ad recipiendam non exiguan-
 sed notabilem tantum partem Censu, absq; eo quod tamen
 tamen pars, quae super est de mortua aut infructifera
 remaneat, ut de prima propositione statuit. Card.
de Luc. de Cens. disc. 39. n. 3. Rot. 102. Buzatt. de-
ci. 377. et deis. 39 per tot. et in re. deis. 357 n. 6
p. 5. et deis. 148. n. p. 6. et de secunda. em. de
Cens. q. d. 107. n. 10. et q. d. 110 n. 3. et Nota post
eum deis. 362. num. 1.

Postremo observandum venit fieri non nunquam posse ut
 de partium Consensu aliqua controversia ad forum
 civile spectans, ad forum Ecclesiasticum deferatur, et
 volvaturq; ad verbum quavis per tres Instantias in hoc
 Poloniae deinde foret, prout de Causis Criminalibus
 Clericorum, et de Causis Decimarum disponunt Consti-
 tiones S. M. Urbani Octavi, Senti accedente eadem
 partium Consensu, Tribunalia Secularia Cognitionem, et
 nihil Causarum Ecclesiasticarum suscipiunt, quod ad
 eorum Ordinarium pertinet, atq; ad illos remitti de be-
 nam Judicij Secularis

nam iudicis secularis iurisditio in laicis spiritualibus
nec de partium consensu prorogari potest, iurisditio vero
ecclesiastica per consensum partium prorogatur in saeculo
etiam mere secularibus, et semel coram iudice prius
instantibus prorogata, amplius declinari, aut recusari nequit.

Caput 4^{um}

Quod serenissimi Regis ac Reip^{ublicae} in Monasteria Jus patrona-
tus expediat, id, veritatis fiducia licet mihi bene iudicia
dicere, nullum est. In iuris laici Ordines ex suis instituti-
onibus habent, ut liberis suis suffragiis Abbates sibi eligant, ac
designent, qui postquam Summi Pontificis auctoritate
eandem sibi dignitatem rite confirmari impetierunt, ple-
nam in his iurisdictionem exercere possunt, ac debent.
Cum primum hoc sacrorum Institutorum Caput innumeri
Summorum Pontificum Decretis probatum, ac firmatum
Summa in Ecclesia universa quacumque late patet, Religione
exceptum fuerit, et ex immutanda nunquam de legitime
quidem y. Polonois Reges, aut Princes qui Monasteria
funderunt, huius rei, etiam y. qui sacros Canones nunquam
nec a limine quidem salutarunt, aperti sima argumen-
tum esse debet quod laici Ordines, hoc electionis liber-
tate per quadringentos, et amplius annos sine ulla In-
tertia usi sint. Ut enim auster huiusmodi Jus patronatus, pro-
bati possent, quod laici non potest, quis unquam illud ad
Monasteria Praelatis, aut sacerdotibus secularibus commen-
da, trahere possit? Videlicet id, hac ratione agitur, ut bona
laicis Ordinibus donata, dignitatesque eorundem Ordinum
propria, in aliud genus humanum omnino diversa, tran-
sferantur, quod idem profectum est, ac pias fundatorum vo-
luntates, ac sanctissimi Benedicti, ac Bernardi instituta
omnino evertere. Verum cum iam a multis retro Annis
serenissimis Polonois Regibus postulantis, Praelatis
secularibus

Regularibus hoc aut illud Monasterium intendam commendare
 Pontifices Maximi pro sua potestate consueverunt, et nunc id
 agatur, ut huius generis facultas aliqua à Summo Pontifice
 Reverendissimo Regi perpetua lege tribuatur, habet Summus
 Pontifex pro sua benignitate huius postulati rationem, et
 rei constituendas condiciones proponit, quod binis Summi auctoritatis,
 ac dignitatis dignissima atq; utilissima prae-
 terea visis sunt. Id quidem omnibus constat, nec ipsum
 Summum Pontificem Innocentium XI, quemquam et Re-
 verendissimum Regem Poloniae Joannem, Republicam
 singulari amore prosequeretur, nunquam à se impetra-
 re potuisse, ut Reverendissimo Regi ac Reip^a tantum tribu-
 eret. Quae autem ille Pontifex est de quo Nunc in hanc
 rem aliam referendo, pro eius Maximis in hanc Rep^a
 publicam meritis, Omnes Reip^a Ordines pio gratoq;
 animo laborant. Congregatio vero Polonica Benedicti-
 norum quae causa exotica appellatur ignoro. Nihil illa
 peregrini, atq; alieni à Polonia continet, cum Polonia
 Monachi tota constet, nec quidquam aliud ea instituta
 de actum fuerit, quam ut eius Ordinis veteris disci-
 plina accuratius servetur, quare nullum profecto
 munus Reip^a impendere existimo, quam vero Congregatio-
 nis huius institutio nihil commune habeat cum quodam
 de Jure Patronatus, vel ex eo cognosci potest, quod etiam
 ea constituta, Monasterium Saccense quod ejusdem ad-
 iungi Clemens XI Pontifex Maximus decretis nre liti-
 mandavit, Monachi Archiepiscopo Saccensi commenda-
 tum, haud proinde est, eam potestatem Reverendissimi
 Regis in Monasteria tribuere Summus Pontifex cogitat,
 quanta nulli Superiorum Pontificum in animam induxit.

Caput 5^{um} Quid de Episcopatus Rutheni in posterum Mandandis
 Basilianus Ordo constituant, ignoro. Et tantum si ne ulla
 dubitatione affirmo, ejus non esse de rebus hujusmodi leges
 condere, aut Cuiusquam Inimicere.

Caput 6^{um} In omnibus literis Pontificijs, quibus aliquod Ecclesiasticum
 Beneficium huic aut illi tribuitur, Index executor appo-
 nitur, apud quem is qui Beneficium obtinuit, verum id
 esse ostendere debet, quod Summo Pontifici antea narra-
 vit, quo in iudicio, aut legitime y omnes ad se pos-
 sunt, quorum aliquo modo interest, ne qui Beneficium
 impetavit, in eius possessionem inducatur. Cum eo modo
 Georgius Megliomacius Canonicatum Lepotiensem
 adeptus fuerit, veri simile mihi est nullum ei legitimum
 impedimentum opponi potuisse, ad Craoviensem Be-
 neficium, de quo nunc acris controversia ei est cum adver-
 saris, ab is nominatus fuit, in quorum Jure Patrona-
 tus Beneficium est, viris scilicet Matronisq Nobilij-
 simi in tota Polonia Generis.

Caput 7^{um} Quod Sacer Ordo Secularis, aut Regularis novos indies
 fundos acquirat, id aut emptione fit, aut pia Nobilium Do-
 norum largitione, ut nullo modo id accidat multo Magis Civ-
 lis, quam Sacer Ordinis viri cavere debent, ac solent
 ut aut pia eorum liberalitas rata sit, aut de y, a quibus
 fundorum horum pretium, accipiunt, de possessiones
 sua Jure dubitare Nullo modo possint, aliter enim nul-
 li unquam Contractus caveatur. Sacerdotum Ecclesia
 nunquam cum publico Rei demum locupletior fieri
 optavit, y qui Sacram Jurisdictionem exercent
 remissionem remedio extremis tentari in utitur
 Capibus, id semper inviti.

Caput 8^{um} Quod ab Sacerdotibus Nancey's Aplicis, aut is alio proficisci
 iussis

iuris, quod Luce per adveniat eorum Auditor Capis
 ad Pontificiam Tribunal delatas cognoscere prohiben-
 tur, nullo iure postulati potest, cum id omnibus in locis
 in quibus Apostolici Rancij versantur sine ulla contro-
 versia fiat. Nobilium vero Ecclesiarum Antistitis, qui
 Pontificij à latere Legati titulo, ac dignitate deco-
 rati sunt, quorum per multum in Ecclesia Catholica nume-
 rantur, nullam in huiusmodi Causis Jurisdictionem ob-
 tinent, nec quisquam de ea exerceenda cogitat. Ad Audi-
 toris officium non alij quam probatae fidei ac doctri-
 nae homines deligantur, nec facile in toto Regno reper-
 tur, qui sacri, aut Civilis Juris Scientia, et profertim
 possit, qui hoc munere ornati in Polonia unquam
 venerunt.

Caput 9^{um} Qua iure Pontificij Episcopatum licet non expediem:
 sed à Jure Serenissimi Regis, aut à veteri consuetudi-
 ne discedi ceptum fuerit, perspicere profecto neque-
 cam contra se iam per multos ex iis, qui ejus generis
 literas, hoc aut superiore anno obtinuerunt à summo
 Pontifice liberalissimi fuisse tractatos, quod nec ipse
 diffitentur. Recens sane causa barmiensis appertissi-
 me ostendit Serenissimo Reges an non nullis retro annis
 multo ampliore Jure in eo Episcopo designando, uti
 capi se, quam ut inter Serenissimum Regem signi-
 mundum Primatum, et ejus Ecclesiae Canonicos olim
 convenerat.

Hinc autem Meo Responsio liceat Mihi nunc Latini Ordinis
 Latini ac Rutheni Ritus postulata ad jungeri, ad quos ob-
 tineande utriusque Ritus sacerdotes, utilissimam sibi eor-
 um operam, atq. auctoritatem futuram non dubitant,
 quibus

quibus ut meum de hujus generis negotijs agerent, Reverendissimi Rex, atq; adeo ipsa Respublica mandavit.

Postulata Cleri Saecularis et Regularis Latini.

1^{mo} Ne Iudicia Saecularia asumant cognitionem Causarum Contra viros Ecclesiasticos institutarum aut in quibus de Materijs Ecclesiasticis ad Locum Ordinarios pertinentibus agitur.

2^{do} Ne Saecularis Jurisdictio procedat ad publicationem p^{ro}hibitionis, infamiae, Capitis, atq; aliamum Contra Ecclesiasticas personas eidem Jurisdictioni in Causis merè Ecclesiasticis se submittere venientes.

3^{io} Quotiescunq; ad Saecularia Iudicia decretum aliquod à Iudice Ecclesiastico prolatum, pro executione remittitur, ea de Iustitia, vel iniustitia ejusdem decreti cognoscere sibi licitum esse non putent sed meri et simpliciter Executionis partes agant nec de mandata executionem implere detrectent.

4^{to} Cum eorum qui sacris Censuris Notati, atq; illigati sunt pervicacia, a nonnullis pro levi culpa haberi videntur non modo ij, qui sacras Censuras parvipendant sed etiam qui, ij blandiantur. monendi hoc loco à Nobis sunt in utroq; illud dictum fuisse: qui Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Aethiops, aut Publicanus.

Quinto Ecclesiastici Saeculares, aut Regulares ultra vires et bonorum mensuram Contributionibus ne pregrave utarq; Hypernalis Contributio ex bonis terrestribus, per Religiosas familias populi, pretendatur. Ad illud vero tributum, quod Superioribus Annis in capita impostum fuit, ab Ecclesiasticis exigendum, eum Diplomate Pontificij eadem re impetrati tempus, jam diu elapsum fuerit, pium atq; Equum.

Equum videtur, aut Novum postulare, aut ab eo tributo exigendo cessare.

6to Ut in Ecclesiasticis Beneficiis conferendis, aut per Datros tam Sacri quam Civilis Ordinis, huic aut illi dignandis, sacrorum Canonum diligens ratio habeatur, ne locus ullus sit gratis, vel privati officij, sed tantummodo Candidatorum virtus, mores, ac doctrina adstinentur.

7mo Provisiones Apticas debitas executioni mandentur, nec resignaciones cum anticatis in prejudicium Datandi Apticas permittant. Beneficia Sedi Aptica reservata, per alios clam aut dolo se ne conferantur.

8vo Provocandi ab Ordinationum Decretis ad Archiepiscopos vel ad Auctoritatem Apticam aditus nemini precludatur, nec acta prioris Judicij cuiquam de regentis, qui ad altius Tribunal appellaverit.

Postulata Cleri Rutheni Uniti:

1o Ne Parochi Rutheni Sicut ad ea opera compellantur, quae soli Rustici et Servi prestare consueverunt. Ne à Militibus, quod sepe fit, vexentur, neve inviditate tributa ab eis petantur. Cum autem et Sacerdotes ydem sint, et sibi sibi suo habeant, si quid aliquando delinquant, villarum Dominis, in ipsos agendi locus nullum est, sed pari modo, ac Latini Sacerdotes apud eorum Episcopos rei faciendi sunt.

2do Nova Ecclesia nisi ex Episcopo non Caseris, atq; auctoritate minime edificentur, ysq; eodem tempore iustados constituantur.

3tio Nemo etiam quisquam existimet ab ullo alio quam ab Episcopo ulli Sacerdoti potestatem sacramenta administrandi fieri posse.

4to Cum ab Epomum Lucevniensium patrimonio septem
 omnino villas a Principe Constantino Ostrogogensi An
 1025 ea de causa acules fuerint, quod Epus Terle:
 sikius Romanam ad sacra Unionis negotium tractandum
 ac perficiendum profectus esset, equum omnino est cum
 Principe Languskie, qui modo villas possidet, dili:
 genter agi, ut eas pro sua pietate, ac Religione, Eccl:
 Lia Lucevniensi restituet.

5to Rutheni Ritus Parochi ab Episcopo suo ad gerendam
 Curam animarum usquepositi, a villarum Dominis
 nequaquam amoveantur, quod si amovendi causa existi:
 terint, Episcoporum tantum modo de iis cognoscendi
 Jus esse debet.